

rem loca plurima adduxit, ex Poëtis atque aliis Scriptoribus, *Unzerus*. Germanorum tamen *Sals* nec à *Græcis*, nec *Romanis*, sed à *Gothis* antiquissimis, (vox enim *Celtica* primæva *Salt & Sole* fuit,) repetenda venit. Sole enim supra mille annos *Slavis Venedis* *Sal*, & *falsuginosus* liquor, *muria* nativa nempe *Söle* / veluti *Saxonibus* antiquis, hodieq; *Tataris* in *Chersoneso Taurica*, *Anglis*, *Svecis*, *Davis*, *Salt & Solt* appellabatur: unde *Halas* quondam barbari vocârunt *Dobre Sola*. Hoc modo etiam *Ulphilas*, (qui floruit in *Mæsia* Episcopus *Getarum* Anno Chr. 360.) version. *Gothic.* ad N. T. apud *Stiernbielm.* in *Antiqvar. Sueo-Goth.* & *Glossario Ulphiliano*, Conf. *Bobuslaum* etiam *Balbinum* in epitoma *Bobemic.* rer. Unde gentes diversissimæ ac inter sese remotissimæ, ex matre vetustissimâ *Celtarum* lingua, non à *Græcia*, nec *Latio*, peperere tali nomen.

§. II. Paulò aliter cum *Hala*, nomine locorum, comparatum est. Illud quippe *Græcam* potius obtinuisse impositionem, haud abnuerim. Quantumvis, si per duplex L. scribatur accensenda sit *Vernaculæ* nostrati: siquidem *Hall/Halle* atrium, augustam domum, fornices venalium opsoniorum, carniû &c. designet propriè. *Anglis* hodieq; usitata sunt vocabula *Guild-ball*, curia municipalis, *Commun-ball* forum, *Witball*, Regium palatium. Sed de *Halla* audiamus *Barthium* *ἡλιμασίον* ex *Adversar.* l. 4. c. 6. *Quæsitum*, & à nonnullis disceptatum memini, unde oppida illa, quæ *Sale* coquendo rem faciunt *HALLÆ* vocentur à *Germanis* nostris? Ego veterem *Germanam* vocem esse arbitror, quæ *Salinas* designet, eamq; *Græcam* simul, ut sunt innumera alia, *Græca* autem extat in *Glossario Cyrilli*; quo nullum elegantius onomasticon habemus, ἅλα *Salina*. Unde nec bene facere ii cognoscuntur, qui numero singularitatis usurpant eorum oppidorum nomina. Ut qui duplici liquida. *Hala* etiam

etiam